



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

29. Tria arma Davidis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 29.

*Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Jordanem, & intrabitis ad possidendam terram; quam Dominus Deus noster datus est nobis. Ios. 1. S. Aug. serm. 106. de temp. alias tom. 10. fol. 108. præparate vobis cibaria ad diem tertium, quid est aliud dicere; nisi Trinitatis accipite Sacramentum, id est baptismum? &c.*

**T**ertius Eois ubi sol emergerit undis,  
Jordanis populo traijciendus erit.  
In nostrâ jam manna manu est, tunc ibimus, inquit  
(a) Nunniades, (b) reliquas ante parate dapes.  
Indicio Triadis trajecto flumine, tellus  
Nos manet emanans lacte, favoquè fluens.

*(a) Id est Ioseph, qui fuit filius Nun. (b) manna non poterat servari in plures dies ut patet Exod. 16. idcirco dieunt expositores, per cibaria intelligenda esse alia alimenta, que filii Israel invenerunt, aut emerunt in terris, per quas transibant. Ita Dionys. Carta, hoc loco.*

## SYMBOLUM 30.

*Terni Viri, Ios. 18.*

*Eligite de singulis tribubus ternos Viros, ut mittant eos, & pergant, atque circumueant terram.*

**P**romissi tribubus [a] deerat sua portio regni,  
Ter geminos placuit forte creare Viros.

Tres